alia calamitatum genera, cùm publica, tùm privata, divinitùs immissa æquo ferebat animo, ut pot
cui Symbolo loco erat: Ferfer & odura, dolor hic tibi proderit olim. Surge tandem, vir Cordate
judica quoq; an non Beatissimus noster Vechnerus, per omnem vitam res suas egerit constantissimè
non poterant deterrere ipsum curarum pondera, non calamitatum genera, non officiorum onera, qu
minus in stadio suo alacriter ad finem usq; vitæ curreret. Videtis ergo, Auditores, quàm circum spec
cautè, quàm piè, quam amicè, quam juste, quam patienter, quàm animose & constanter Beatissimus
noster res suas oes egerit, ut nonem in omen verteretur, isq; vere Dilectus Deo suo esset. Sed quando
latus Emblematica mea Pyramidis spectandum jam sese objicit, quod ut ne vacuum relinquatur, in eo
mi eo B. Vechnerum naturæ ad alteram vitam sese preparantem: Etenim vero, ut curfores in stadio su
oculos suos semper ad metam ac brabeum intendunt, quod ipsis propositum est, ut metam cursu felici
contingant: Sic & B. nostri Vechneri oculi quandiu in vivis erat, in cælum & ad æternam illam pa
assequendam semper intendebantur, unde & in ipso ætatis vigore curabat unum, ut bene viveret
In senectute, ut bene moreretur. Omnis dies ipsi erat postremus; omnis hora postrema, quin
mò omne momentum ipsi postremum esse videbatur. O optimam artem vivendi! O & optimam
moriendi artem! ita nec in vita, nec in morte desiit discere. O magistrum nostrum cum Sul
Socrate, quippe qui putabat moriturum etiam discere oportere. Quæ cum ita sint, omnia in u
rium gyrum contraho, & Vobis A. V. dijudicanda relinquo, quæ hactenus de B. Vechnero, ejus
vita inculpatâ dixi, dum interim eminùs spectandam in Pyramide mea Symbolicâ, quam ipsam in
petuam mei olim Præceptoris desideratissimi memoriæ erigere volui, debui, se offert Coronis.
vobis igitur beatum in coronide hac B. Viri obitum. Hunc, hunc, siquidem paulò peritiùs intuebi
mini, quàm similimum maxime & consentaneum esse deprehendetis [illegible] vitæ. Etenim non cum
dolore, sed cum gaudio ex hoc mundi Theatro abiit. Abiit non tardigradâ Podagra afflictus, non ar
ti febri ereptus non Phthisi vexatus, sed humido radicali absumpto nativoq; calore extincto placide obiit.
Non, non multorum Medicorum introitus ipsum perdidit, quia naturæ satis se vixisse sibi videbatur, sua sp
sponte, nulla morbi vi, tanquàm candela extingui cœpit, illud Horatii suum faciens: Vixi, & quem dede
rat cursum, Natura peregit. Sed antequàm ille extinguebatur, vah! quot quantasq; animi vere Chr
stiani significationes dabat. Dabat eas per ardentem precationem & spiritualium donorum decan
tationem. Vah quàm ipse submissione animi peccata sua confitebatur! Confitebatur humillimè de
lictorum sibi veniam à Deo petens! Vah, qua veneratione corpus ac sanguinem Christi accipiebat! Acci
piebat summa cum reverentia; Vah, quâ cum animi constantia mortem expectabat! Expectabat eam cu
constantia animi plane Heroica, quæ è vestigio paulò post, cum jam viatico spirituali se ad iter æ
li accinxisset, nempe post duas elapsas horas, absolutâ cantione Ecclesiasticâ: Wenn mein Stündlein ver
handen ist &c. ejusq; ter repetito versiculo: So fahr ich hin zu Jesu Christ &c. vere vitæq; finem
fecit. Sic jam nunc ivit, vivit B. noster Vechnerus è vinculis ad libertatem, è peregrinis terris in
Patriam, è civili cohabitandi domicilio in æternum Tabernaculum, è curis & languoribus ad gaudia
ivit à morte ad vitam, triplicemq; Coronam reportavit: Reportavit coronam Justitiæ, quam unicus

humani